Universitätsbibliothek Paderborn

Rev. P. Francisci Josephi à Rodt Capuccini Anterioris Austriæ Provinciæ. Opus ...

Planctvs Ecclesiæ Et Animæ - Super Caput Primum Lamentationum Jeremiæ Prophetæ. Allegorice, Et Moraliter Expositus, & Distributus In Discursus LII. Concionatorios Quadragesimales ... ; Scilicet Liber Vitæ, Et Excessvs Amoris ...

Rodt, Franz Joseph von

Campoduni, 1680

Index Discursuum. In Planctum Ecclesiæ, & Animæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52659

Visual Library

INDEX DISCURSUUM.

In Planctum Eccleſiæ, & Animæ.

De Eccleſia. *De Anima.*

Aleph.

Quomodo ſedet ſola civitas plena populo, facta eſt vidua, domina gentium, Princeps populorum facta eſt ſub tributo. *Thren. 1. v. 1.*

Diſcurſus I.

Eccleſia civitas Dei ex confluentia gentium olim plena populo, modò ſedet ſola, & quaſi vidua, ob plurimos à fide deficiẽtes.

Diſcurſus II.

Anima amiſſo Deo etiam in multitudine, ſola eſt, & quaſi vidua.

Beth.

Plorans ploravit in nocte. *Thr. 1. v. 2.*

Diſcurſus III.

Deplorat noctem hæreſum & errorum exortorum.

Diſcurſus IV.

Lamentabilis & deploranda nox, & cæcitas animæ peccatricis.

Ghimel.

Migravit Judas propter afflictionem, & multitudinem ſervitutis. *Thr. 1. v. 3.*

Diſcurſus V.

Hæretici præceptorum divinorum, ſed maximè vitæ Monaſticæ ſervitutem nec ferre, nec capere poſſunt, & hujus quidem amplectendæ motiva proponuntur.

Diſcurſus VI.

Anima peccatrix rarò in primo peccato ſiſtit, ſed cadere incipiens de peccato in peccatum labendo migrat.

Daleth.

Viæ Sion lugent, eò quòd non ſint, qui veniant ad ſolemnitatem: omnes portæ ejus deſtructæ. *Thr. 1. v. 4.*

Diſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Diſcurſus VII.
Luget, quòd tam pauci per viam virtutis ad perfectionem aſcendant.

Diſcurſus VIII.
Intrant hoſtes per portas ſenſuum externorum, qui animam devaſtant, & ſqualore replent.

He.

Facti ſunt hoſtes in capite ejus...parvuli ejus ducti ſunt in captivitatem. *Thr.1.v.5.*

Diſcurſus IX.
Plangit parvulos, magnatum maximè, & præpoſitorum ſcandalis in ruinam trahi.

Diſcurſus X.
In capite, id eſt, in juventute in captivitatem redacta, vix mala conſuetudine circumvallata liberationem ſperare poteſt.

Vau.

Facti ſunt Principes ejus, velut arietes non invenientes paſcua. *Thr.1.v.6.*

Diſcurſus XI.
Deplorat, quòd Principes & Paſtores tam ſæculares, quàm ſpirituales, non officij ſui profeſſioni, ſed tantùm paſcendis ſibi ipſis attendant.

Diſcurſus XII.
Terrenis paſta illecebris non poteſt invenire paſcua conſolationis cœleſtis.

Zain.

Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt ſabbata ejus. *Thr.1.v.7.*

Diſcurſus XIII.
Sabbata, feſta, & ſolemnitates in Eccleſia Dei fiunt hoſtibus contemptibiles, eò quòd fideles ut plurimùm non vacent Deo, ſed otio, luſibus & petulantijs.

Diſcurſus XIV.
Animæ peccatrici non datur ſabbatum, quies, ſive ſeſſio in hoc mundo.

Heth.

Peccatum peccavit Jeruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. *Thr.1.v.8.*

Diſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Diſcurſus XV.

Eccleſia in fide ſtabilis, inſtabiles tamen deplorat fideles ſuos, à primævæ Eccleſiæ fervore multùm recedentes.

Diſcurſus XVI.

Anima à Deo recedens inſtabilis, & inquieta.

Thet.

Sordes ejus in pedibus ejus, nec eſt recordata finis ſui. *Thr. 1. v. 9.*

Diſcurſus XVII.

Plangit Eccleſia, Chriſtianos non ampliùs erubeſcere de ſordibus peccatorum.

Diſcurſus XVIII.

Finis ultimus animæ rationalis eſt Deus diligendus & fruendus, quo neglecto, homo toto cœlo aberrat.

Iod.

Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia ejus, quia vidit gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum, de quibus præceperas, ne intrarent in Eccleſiam tuam. *Thr. 1. v. 10.*

Diſcurſus XIX.

Deplorat, nullam Eccleſiis haberi reverentiam, in quas immundæ gentes, id eſt, concupiſcentiæ, & carnales ſenſus ingrediuntur.

Diſcurſus XX.

Quibus anima bonis per peccatum ſpolietur.

Caph.

Omnis populus ejus gemens, & quærens panem, dederunt pretioſa quæque pro cibo, ad refocillandam animam. *Thr. 1. v. 11.*

Diſcurſus XXI.

Deplorat Eccleſia populo ſuo in tam multis Europæ partibus, non tam panem verbi Dei, quàm SS. Euchariſtiæ ſubtractum.

Diſcurſus XXII.

Anima peccatrix pro viliſſimo terrenæ conſolationis cibo, pretioſiſſima ſua largitur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lamed

O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus? *Thr.1.v.12.*

Diſcurſus XXIII.
Tranſeunt omnes ſtatus, & vulneratam Eccleſiã prætereunt, nec eſt, qui munus Samaritani obire velit.

Diſcurſus XXIV.
Dolor ſive contritio animæ pœnitentis, qualis & quàm efficax ſit.

Mem.

De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudivit me. *Thr.1.v.13.*

Diſcurſus XXV.
Ex mala paſtorum vita, non eſt rejicienda bona eorum doctrina.

Diſcurſus XXVI.
Tribulatio eſt ſchola, in qua in omnibus ſcientijs boni à malis exercentur & erudiuntur.

Nun

Vigilavit jugum iniquitatum mearum, in manu ejus convolutæ ſunt, & impoſitæ collo meo ...dedit me dominus in manu, de qua non potero ſurgere. *Thr.1.v.14.*

Diſcurſus XXVII.
Ingemiſcens Eccleſia timet, ne flagellis à Deo immiſſis non emendata, adhuc gravioribus opprimatur, de quibus non poſſit ſurgere.

Diſcurſus XXVIII.
Anima pœnitentiam differens, ſemper difficiliorem inveniet converſionem.

Samech.

Abſtulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei...Torcular calcavit Dominus virgini filiæ Juda. *Thr.1.v.15.*

Diſcurſus XXIX.
Plangit Eccleſia, ſe tumultuoſa

Diſcurſus XXX
Graviter punit Deus peccata etiam

& inquieta ambitione per magnificos ſuos turbari, & periclitari tempeſtatibus per eam exortis.

etiam levia, ut gravia punienda gravisſimè agnoſcamus, & horreamus.

Diſcurſus XXXI.

Gemit Eccleſia, à magnificis, ſuis punctum honoris, non in generoſis, & virtuoſis, ſed vitioſis actibus & vanitatibus poni.

Diſcurſus XXXII.

Fuit miſericordiæ, quòd Deus hominem in ſtatu lapſo fecit mortalem, ut à torcularibus miſeriarum liberationem citiùs ſperare poſſet.

Ain.

Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas, quia longè factus eſt à me conſolator, convertens animam meam. *Thr. 1. v. 16.*

Diſcurſus XXXIII.

Fons aquæ vivæ Chriſtus, ad nos ſalvandos, lavandos, & ſanandos, ſed plangit Eccleſia, quòd eo neglecto curramus ad ciſternas diſſipatas.

Diſcurſus XXXIV.

A Chriſto & Eccleſia docti flere, ſcire debemus, ex quibus cauſis nobis ſit flendum, quæ quidem ſunt graviſſimæ.

Phe.

Expandit Sion manus ſuas, non eſt, qui conſoletur eam, mandavit Dominus adverſum Jacob in circuitu ejus hoſtes ejus, facta eſt Jeruſalem quaſi polluta menſtruis inter eos. *Thr. 1. v. 17.*

Diſcurſus XXXV.

Extendit populus ad Deum manus in oratione, ſed quare non exaudiatur?

Diſcurſus XXXVI.

In neceſſitatibus non ad mundum, carnem, aut dæmonem, qui juvare non poſſunt, ſed ad Deum extendendæ ſunt manus.

Diſcurſus XXXVII.

Quàm periculoſa ſit ſocietas malorum, maximè hæreticorum.

Diſcurſus XXXVIII.

Anima per peccatū fœdè polluta per pœnitentiā recuperat priſtinam pulchritudinem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sade.

Juſtus es Domine, quia os tuum ad iracundiam provocavi. *Thr. 1. v. 18.*

Diſcurſus XXIX.

Os Domini (Prædicatores veritatem annuntiantes) mundus perſequitur.

Diſcurſus XL.

Magna animæ peccatricis inſipientia, quæ mala ſibi, per os Domini toties annuntiata non præcavens, accepta demum damna deplorat, ſerò ſapiens cum Phrygibus.

Coph.

Vocavi amicos meos, & ipſi deceperunt me. *Thr. 1. v. 19.*

Diſcurſus XLI.

Deplorat Eccleſia falſitatem amicorum (Chriſtianorum) per quos tam ipſa Eccleſia quàm proximus decipitur.

Diſcurſus XLII.

Anima peccatrix amicos ſibi facit mundi delitias, divitias, & honores, à quibus in morte decipietur, quia eos ſibi ſentiet factos inimicos.

Res.

Vide Domine, quoniam tribulor, conturbatus eſt venter meus, ſubverſum eſt cor meum in memetipſa, quoniam amaritudine plena ſum; foris interficit gladius, & domi mors ſimilis eſt. *Thr. 1. v. 20.*

Diſcurſus XLIII.

Plangit Eccleſia, quòd mundus totus, quaſi horridum ſit deſertum.

Diſcurſus XLIV.

Cor peccatoris horridum deſertum, in quo avidè venatur Deus.

Diſcurſus XLV.

Eccleſia olim per unitatem fidelium celeriter, & feliciter ædificata, plangit ſe modò per diſcordiam deſtrui.

Diſcurſus XLVI.

Amaritudo & anguſtiæ animæ in morte, è corpore egreſſuræ, per amaram Chriſti paſſionem mitigantur; annectuntur aliqua pia exercitia pro felici morte.

Schin.

Schin

Audierunt, quia ingemiſco ego, & non eſt, qui conſoletur me, omnes inimici mei audierunt malum meum; læti ſunt, quoniam tu feciſti. Adduxiſti diem conſolationis, & fient ſimiles mei. *Thr.1.v.21.*

Diſcurſus XLVII.
Nunquam in Deo diffidendum, qui ad extrema ſe reſervat, & in caſibus deſperatis ſuccurrit.

Diſcurſus XLVIII.
Pœnitentia & Confeſſio Sacramentalis, præſertim ſi frequens ſit, roborat animam, & debilitat inimicos, paſſiones, & malas conſuetudines ejus, quibus capta fuerat.

Diſcurſus XLIX.
Dolet Eccleſia, quòd nemo alterum ſupportare, & compati velit.

Diſcurſus L.
Deus miſericors, omnibus quantumvis enormibus peccatoribus miſericordiam exhibere paratiſſimus eſt.

Thau

Ingrediatur omne malum eorum coram te, & vindemia eos, ſicut vindemiaſti me, propter iniquitates meas, multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens. *Thr.1.v.22.*

Diſcurſus LI.
Sicut peccata attrahunt, ſic pœnitentia avertit pœnas temporales.

Diſcurſus LII.
Magnum animæ è corpore ſolutæ erit gaudium de ſuperatis periculis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liber Vitæ & Lamentationum.

Vidi ſupra thronum librum ſcriptum intus & foris ſignatum ſigillis ſeptem. *Apoc. 5. v. 1.*

Pars prima, Aperiuntur ſigilla. *fol. 456.*
Pars ſecunda, Liber vitæ ſub prælo ponitur & ligatur. *fol. 462.*
Pars tertia, Expediuntur reliqua, ſcilicet cenſura, Frontiſpicium, Index, Compendium, Dedicatio *&c. fol.* 470.

Exceſſus Amoris.

Quem Chriſtus in ſacratiſſima ſua paſſione complevit, Conciones duæ pro Feria quinta & ſexta. *fol. 491.*